

# FRANCORUM REGUM IV

PRIMÆ STIRPIS

DE REBUS ECCLESIASTICIS

## DIPLOMATA ET PIÆ DONATIONES.

(AN. 660-700.)

### CLOTARII III

FRANCORUM REGIS

## ECCLESIASTICÆ PRÆCEPTIONES.

[Ex Brequigny, Diplomata, Chartæ, Leges.]

#### I.

*Diploma [Clotarii III] quo duæ partes villæ Tauricciaci, causa cognita, ecclesiæ Sancti Dionysii asseruntur*<sup>a</sup> (ann. 658).

[Clotarius] rex Francorum, vir inluster .... deremendum vel justo iudicio termenandum resederemus, ibique venientis acturis monastirii peculiaris patroni nostri domni Dioninse, ubi ipse preciosus in corpore requisset, Ingober....<sup>b</sup> sup.... simena dedit in respunsis, quod acta composcio talem habibat, qualiter ipsas villas ipse Ermelenus jocalis suos ei contullerat; sed ipse agentis econtra .... et predictus pontefex in presenti adstabat, et precaria ostendebat ab ipsa simena facta, quo relicta, inventum est quod ipsa simena de omne corpore.... corpore facultatis ipsius Ermeleno fecisse: sed agentis predicti basilice vindicione, vel precario ab ipso Ermeleno in germano suo Chugliberctus .... conscripta ostend .... de omne corpore facultati sui conscripserat, et ipsas

<sup>a</sup> Mutilum valde instrumentum ex tabulario Dionysiano deprompsit Mabillonius, et ad calcem tomi I Annalium edidit, pag. 694; iterum typis mandavit Felibianus, Hist. abb. S. Dion. prob. pag. 8, ex cortice, ut ait, exscriptum. Uterque nomen Clotarii oblitteratum initio diplomatis supplevit ex conjecturis, et nos uncis inclusum restituimus. Recusum exstat diploma in Collectione scriptorum rerum Francicarum, tom. IV, pag. 639.

<sup>b</sup> Injuria temporum et scripturæ vitiiis deformatum, ipsis Mabillonii verbis, Annal. t. I, pag. 601, interpretabimur: Ingoberga, jugalis seu uxor Ermeleni, contendebat Tauriacum villam ab eo sibi concessam fuisse; monastirii Sancti Dionysii actores denegabant. Sed quidam pontifex, cujus nomen ex autographo avulsum, .... ostendit precariam ab ipsa femina de eadem villa factam, qua constare videbatur Ermelenuum ei hanc donationem fecisse. Actores Sancti Dionysii contra ostendebant venditionem et precariam ab eodem Ermeleno factam germano ipsius Chuglibercto, de omni corpore facultatis suæ, et quod duæ partes ab eodem Chuglibercto accepis-

A in presenti ostendedirunt recensendas, et intendebant, quod ipsas duas partis de predictas villas Tauricciaco et .... dictas villas adgaecenciasque aearum in integrum suo dominio valeret vendecare. Propterea nus una cum nostris procerebus constet decrevisse, ut ipsas duas partis de pred...., dum et inluster vir Chadoloaldus, comis palatii nostri .... quod taliter hac causa acta, vel per ordeni inquisita, seo defenita fuisse denuscetar, jubemus ut ipsas .... domni Dioninse hactu .... que .... omni tempore habiant evendecatas; et sit inter ipsis de hac re in postmodum subita causacio.

Teoberctus rog. .... Novembr. .... an .... rigui nostri tercio<sup>c</sup> [in nomine Domini feliciter].

#### II.

*Diploma quo Clotarius villas plures monasterio Sancti Dionysii donatas, a Berachario episcopo restitundas, causa audita pronuntiat*<sup>d</sup> (ann. 658).

[Clotarius] rex Francorum, v. inl.... Siniscaleis

sent. In gratiam monachorum sententiam tulit Chadoloaldus, comes palatii, quam diplomate suo Clotarins confirmat. Mabillonii lectionem sequimur.

<sup>c</sup> Mense Novembri anni tertii regni Clotarii jam currebat annus Chr. 658, cum Chlodoveus II, Clotarii pater, obiit circa initium Septemb. anni 656.

<sup>d</sup> Ediderunt Mabillonius, Ann. tom. I, pag. 695 et 501, ex authentico; Felibianus, Hist. abb. Sancti Dion. prob. pag. 7, ex autographo in cortice; auctores Collectionis scriptorum rerum Francicarum, tom. IV, pag. 639, ex Mabillonio. Mutilum admodum instrumentum. Felibianum sequimur; Mabillonii varias lectiones inter uncas exhibemus. Nullæ notæ chronologicæ; sed cum diploma Clotarii, quod proxime præcedit, et quod super eodem negotio intervenit, datum fuerit anno Clotarii tertio, mense Novembri, id est, anno 658, satis apposite potest diploma de quo nunc agimus sub hoc eodem anno collocari. Beracharius episcopus, qui ibi memoratur, Cenomanensis videtur præsul, vulgo Berarius, seu Berarius, qui ab anno 655 Cenomanensem regebat Ecclesiam.

Vuidrachado et Anseberctho referendariis, et Chadoloaldo, comiti palatii nostro, ad universorum causas audiendum, vel recto iudicio termenando resederemus, ibique venientes agentis monastirii domni Dioninse, ubi ipse preciosus dominus in corpore requiescit, adversus apostolico viro domno Berachario episcopo adserebant, eo quod Ermelenus quondam, vel filius suos Goddo in ger... erachario contradicere... debet, qui Beracharius econtra dicebat, eo quod ab ipso Ermelino in geniture suo exinde epistola donationis fuisse conscripta, et ob hoc ipsa hereditas ad eodem pervenisset: sed in presenti antefati agentis domni Dioninse preceptione facti recordationis domni et genituris nostri Chlodoviei, quondam regis protulerunt recensenda, ubi... Ermelino... (Mab. . . . exceptio) continebat, ut ubi et ubi ille... Ermelenus in Beroaldo heredesque suis ficerat, inveniebantur vacuas et inanis mansissent, et nullum sortirentur effectum; sed ubicumque antedictus Ermelenus vel filius suos Goddo eorum facultatem dare aut derelinquere vellibant, liberum ex permisso predicto principe habirent arbitrium. Sed dummodo inter se fore... (foret) et de h... iat (desunt apud Mabill.) revocare dominium... parti Beracharius episcopus ex ipsa facultate absque repetitionem agentum predicti monastirii ad suum jure revocare deberit: quod et in presenti iudicia nostra utrasque partis pro calcada (Mab. calcanda) lite, vise fuerunt accepisse. Sed dum in ipsa causatione intenderent, veniens ex pro... homo, nomen Madroaldus, presentibus superscriptis viris... quod de predict... fecere suprascr... loca Madroaldo viro dedisset... sed in presenti professus est, quod ipsas villas per vindicionis titulum, accepta sua pecunia distraxerat; suprascript. agentis sancti domni Dioninse in presenti asserebant quod illas duas partes de predictis villabus, quod Beracharius vindedirat, recipere vellibat. Sed in quantum inluster vir Chadoloaldus, comis pal. nostri nobis... absque resp... que heredes vel... seo agentis domni Dioninse habeat, evindicaret in villas, id sunt, Simpliacciaco, Tauriaco, Stupellas, Flaviniaco, Pociusciniaco, Vassurecurti, Burgonno, Alintummas, Sastivale, Cambariaco, Bursiaco, Coriaco et Munciaco sitas in pagus Cinnomannico, Andicavo, Rodonuo (Mab. Rodonico) et Musfa: unde in causatio-

nem pro Chagilbertho quondam et Ermelino ads... prescrip. villas Simpliacciaco, Tauriaco, Stupellas, Flaviniaco, Pociusciniaco, Vassurecurti, Burgonno, Alintummas, Sastivale, Cambariaco, Bursiaco, Coriaco et Munciaco, quem per nostro... quod in ipsas villas Beracharius habere poterit, inspecta sua epistola huius meriti partibus sancti domni Dioninse vel... facire et... dictum... dominus Beracharius. (Hic aliquot puncta apud Mab.) Illas duas partis... partibus monastirii placuit restaurare semileter antef... et expo pondedit ut omni tempore, se alequa calumnia aut repetitionem quilib... Madro.

## III.

*Diploma [Clotarii III] quo lis in palatio dirimitur de quadam villa Erchinoaldo majori-domus collata, quam filius ejus Leudesius possederat, inter ecclesiam Rothomagensem et monasterium Sancti Dionysii* <sup>a</sup> (ann. 659).

[Clotharius, rex Francorum, vir inluster. Cum nos]... Vuaratone, Baseno, gravionibus, item Amalberto, Madelando, seniscalcis, et Vuaingo, comite palatii, resederemus, ibique in presentia... latione actores sancti Aecclesie Rotominse adversus V... ad sancta Aecclesia Rotominse... per eorum epistolas delegaverant post... tenerent inlebeque... ab... vel actores antedicti... dicebant reddere. Sed inquirentes eorum instrumenta, invenerunt quod illa porcio, hoc est de ipsa villa quod a... erat hoc Erchenoaldo quondam majorem-domus contulerat: et ipse Leudesius ligetemo ordine illa medietate... habe... ad... ordine pri... inter se, sicut decet sacerdotes, cum caretate inraciones ad basilica interse æqualiter dividere deberint. Quod et in presentia taliter noscitur convenisse... ut... omni merito vel adjectionis suas, una cum terris, domibus, ædificis, m... pascuis vel... ad basilica domni Dionynse absque repetitione... Audoino episcopo, vel successores suos Ecclesie Rotominse cu... nomenante... vis... ipsa... loca medietate valcant possidere... unde... Dei.

## IV.

*Diploma quo Clotarius villam Corbeiam et alias confert monasterio Sanctorum Petri et Pauli, in loco qui dicitur Corbeia, super fluvium qui vocatur Somma* <sup>c</sup> (ann. 659).

Clotarius, rex Francorum, vir inluster. Ad mer-

Coll. hist. Franc. pag. 652, anno 658; juxta Coitium, Annal. t. III, pag. 478, anno 659; unde nos hunc annum huic diplomati præfigimus, quod concordat cum temporibus Warathonis et Waningi, qui ibi memorantur. Germonius, de vet. Dipl. reg. Franc. t. II, pag. 213 et seq., Waningum vult palati comitem non existisse; sed id non satis firmis rationibus evincit. Argumentum autem instrumenti in titulo huic præfixo declaramus, quantum ex valde mutilo exemplo erui potest.

<sup>b</sup> Rothomagensis Ecclesia est quæ hic Rotominis appellatur. Sic Rotomo pro Rotomago legitur in Historia Gregorii Turonensis epitomata, Coll. hist. Fr. t. II, p. 407.

<sup>c</sup> Exstat in Conciliis ant. Gallie Sirmondi, t. I, pag. 500; et in Conciliorum collectionibus Labbei,

<sup>a</sup> Vulgatum a Mabillonio, de Re dipl. tab. xviii, et pag. 378, qui partem ejus Merovingicis litteris æri incidit curavit, tum quicquid ex autographo corticeo semilacero elicere potuit, vulgaribus litteris edidit. Recensunt a Felibiano, in Historia abbatiæ Sancti Dionysii, prob. pag. 6; et in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 638. Primum quidem Mabillonius illud Chlodoveo II tribuendum conjecerat; postea, de Re dipl. suppl. pag. 21, Clotario III restituendum censuit, cum fuerit confectum post mortem Erchinoaldi, majoris domus, qui Chlodoveo supervixit. Ergo male Felibianus hoc instrumentum collocat sub anno 655, Chlodoveus enim obiit anno 656; Erchinoaldus vero, juxta Fredegarii continuatorem, cap. 92 et Gest. Franc. cap. 95, hoc eodem anno vita cessit: juxta Chron. Moissiac. t. II;

cedem nostram in Dei nomine credimus pertinere, A quicquid pro animæ salute locis sanctorum conferimus, ut ibidem pereniter proficiat, et gloriam, Deo auxiliante, habere mereamur. Igitur dum nos et præcelsa genetrix nostra, domna Baldechildis regina, monasterium in honore sanctorum Petri et Pauli, apostolorum, et sancti Stephani, proto-martyris, super fluvium Somna, in loco qui dicitur Corbeia, quem Guntlandus quondam possederat, et ad fiscum nostrum pervenerat, ubi præest venerabilis vir Theodfridus abba, pro æterni numinis intuitu ædificari præcepimus, ut monachi sub sancta regula ibidem debeant conversari. Cognoscat strenuitas vestra quod nos ipsam villam Corbeiam ad ipsum monasterium, cum adjacentiis suis in integrum, seu et alias villas nuncupantes Folieto, Gentilla, Cipiliaco, Fortilca- B Villa, vel reliquas adjacentias earum ad integrum, Albniaco cum adjacentiis vel appenditiis suis, quantum ibidem fiscus noster tenuit, ad integrum in pago Ambianense, seu et Monciaco, Walliaco, Bellirino, cum adjacentiis earum in pago Atravatense: imoque et villam quæ vocatur Templum Martis, sitam in pago Ambianense, ad integrum, cum pagina de silva de foreste nostra Windegonia, hoc est, per loca denominata, a fine Cartainse usque in dominico lacco, per Siccas derude, per cervorum Marcasio, per Bagusta, per via publica, usque Fraudehario exsarto. Similiter et portionem in loco qui vocatur Taceaco, quem Frodinus de Ursino dato pretio comparavit, et ad fiscum nostrum ipse Frodinus in compensationem pro alia re dedit, in ipso pago Ambianense, a die præsentis, sub integra immunitate, absque introitu C iudicium, visi fuimus concessisse. Proinde per hanc præceptionem specialius decernimus esse mansurum ut, tam ipsum locum Corbeiam quam et suprascriptas villas, una cum terris, domibus, mancipiis, ædificiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, farinariis, et cunctis appenditiis, vel quod ibidem videtur adspicere, pars ipsius monasterii vel omnis congregatio de ipso monasterio valeat possidere vel dominari. Et nullus quilibet de iudicibus, nec ad ipsum monasterium, nec ad homines suos, nec in curtes suas, quicquid a die præsentis ibidem contulimus, et quod a nobis vel a succedentibus domnis regibus, vel a Deum timentibus hominibus inibi fuerit collatum, nec ad causas audiendum, nec freda exigendum, nec mansiones faciendum, nec paratas requirendum, nec

ullas redhibitiones in villis superius nominatis, quid quid tempore præsentis videtur possidere, aut adhuc, ut diximus, a nobis vel a succedentibus regibus, vel a Deum timentibus hominibus inibi additum vel delegatum fuerit, ipsa iudiciaria potestas non præsumat ingredi, sed pars ipsius monasterii vel omnis congregatio ibidem consistens, absque introitu iudicium, ut diximus, sub integra immunitate possidere valeat vel dominari. Et ut hæc præceptio nostra perenni tempore firmiorem obtineat vigorem, nos et præcelsa genetrix nostra Baldechildis regina, signaculis manus nostræ subter decrevimus affirmare.

## V.

*Diploma quo Clotarius immunitatem ab omni teloneo concedit monasterio Corbeiensi* \* (ann. 660).

B Chlotharius, rex Francorum, vir iuluster, omnibus agentibus tam præsentibus quam futuris. Cognoscat magnitudo seu industria vestra, pro mercedis vestræ augmento et divino intuitu, tale nos actoribus seu discursoribus monasterii virorum Corbeia, quod domna et genetrix nostra Baldechildis regina suo opere construxit, præstitisse beneficium, ut quotienscumque monachi, missi, vel discussores ipsius monasterii, partibus provinciarum, vel per reliqua loca, ad cappas comparandas aut reliquas opportunitates ipsius monasterii exercendum, seu cellarium fuerint egressi mercandum in quibuslibet locis vel territoriis seu partibus, ubicumque teloneum, pontaticum, rotaticum, ceterasque redhibitiones fiscus noster a discursoribus, seu iter agentibus exigere consuevit, habeant hoc monachi in jam dicto monasterio Corbeia consistentes, tam præsepites quam in futurum inibi advenientes, in omnibus indultum simulque concessum. Ea scilicet ratione ut neque nos, neque juniores, aut successores nostri, ullo unquam tempore, de eo quod superius continetur, a monachis aut missis vel discursoribus ipsius monasterii exigere nec requirere, ullis locis ullisque ordinibus infra terminos regni nostri præsumatis. Sed ut super habetur insertum, habeant ipsum beneficium jam dicti monachi sanctæ congregationis Corbeia monasterio et actores eorum, ex nostræ largitatis munificentia concessum simulque indultum, quo potius delectet ipsam sanctam congregationem ex ipso beneficio pro stabilitate regni nostri Domini misericordiam exorare. Et ut hæc præceptio firmior habeatur et per tempora conservetur, nos et præcelsa genetrix no-

t. VI, col. 525, Harduini, t. III, col. 1009, etc.; in Annalibus Cointii, t. III, pag. 418; in Nova Gallia Christiana, t. X, inst. pag. 281; inter Opera diplomatica Miræi, t. I, pag. 638; et in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 642. Memoria est conditi monasterii de quo agitur, per Bathildem seu Baldechildem reginam, in Vita ejus ab anonymo scripta VII sæculo, inter Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti a Mabillonio vulgata, sec. II, t. II, pag. 747. Desunt in diplomate notæ chronologicæ. Mabillonius illud circa annum 659 collocandum censet, cui assentimur. Cum enim ibi monasterium a Baldechildem conditum appelletur nominibus SS. Petri et Pauli, et tunc primum ei concessa fuerit

Corbeia villa, videtur hoc diploma datum fuisse ante alterum, quod idem rex emisit anno V regni sui, quodque proxime sequitur, in quo hoc monasterium Corbeia nomine jam designatur. Illud autem alterum instrumentum datum fuit, ut videre est col. 1284, anno V regni Clotarii, die XIII Decembris, id est, nondum expleto anno Christi 660.

\* Exstat in Conciliis Galliarum Sirmondi, t. I, pag. 501; in Collectione conciliorum a Labbeo, t. VI, col. 526, Harduino, t. III, col. 1010, etc., et in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 643. Annus quintus regni Clotarii III, a morte Clodovei II repetitus, exordium sumpsit mense Septembri, anno Christi 660.

stra domna Baldechildis, regina maxima, nostris signaculis subter eam decerimus adfirmare. Vidobadus jussus. Signum gloriosi domni Chlotarii regis.

<sup>a</sup> In Collect. concil. Labb. et Hard. legitur dies XIII pro die XXIII, quod forte typographorum osecitantiis tribuendum est.

A Signum præcelæ Baldechildis reginæ. Data sub die <sup>a</sup> XIII mensis Decembris, anno V regni nostri, Stirpiniaco. In Dei nomine feliciter.

## AD DIPLOMATA CHILDERICI II PROLEGOMENA.

Decem edimus diplomata sub Childerici II nomine, sincera quidem septem, sed supposititia tria. De sinceris primum agendum est.

§ I. — *Diplomata sincera.*

1. Diploma <sup>a</sup> n. I, quo Childericus II et Chlonechildis regina Amando episcopo villam Barisiacum in Laudunensi pago sitam concedunt, sæpius editum recudimus ex apographo quod dominus Quinsert, inter alia plura, ex chartulario Sancti Amandi deprompsit, et in chartophylacium nostrum inexit. Miræus, Opera dipl. t. I, pag. 125, et alii editi in notis citati reginam appellant Blidechildem, quæ regina quidem, et uxor Childerici fuit, sed quam Childericus adhuc puer, anno 2 regni sui, quo datum diploma dicitur, in uxorem nondum duxerat. Genuinum hujus reginæ nomen docet chartularium, Hinechildis, seu asperiori sono, ut olim efferebatur, Chilnechildis, quæ scilicet relicta fuit Sigeberti II. Eo defuncto, in Austrasia tutelam gessit Childerici regis, geniti a viri sui Sigeberti fratre.

2. Childericus II dona monasterio Senonensi, in Vosago, contulit diplomate n. II, ex archivo Senonensi a Mabillonio deprompto, Annal. t. I, pag. 692. Desunt notæ chronologicæ; annum præfiximus 661, juxta receptam criticorum opinionem. Sic autem ii sententiam suam tuentur: Ab Ottone rege anno 949 confirmatum fuit instrumentum, ut videre est in Coll. script. rer. Franc. t. III, pag. 384, quod dicitur emissum ab antiquo Hildrico rege. Inde autem arguunt Childericum hunc fuisse hujus nominis secundum, quem antiquum vocant, ad discrimen cum Childerico tertio, regum Merovingicorum ultimo. Fatendum tamen id non bene congruere cum chronico Senonensi (Spicil. Dacher. t. III, pag. 275) quod conditum Senonense monasterium testatur anno Christi 720. Tunc autem, non Childerico II, sed Chilperico filio ejus, tribuendum foret diploma de quo agimus. Facilis de Chilperico in Childericum lapsus, nec raro gravius erraverunt amanuenses.

3. Proœmium breve diplomatis Childerici II, n. III, a pluribus editum, ex chronico Monasteriensi Sancti Gregorii depromptum est, exarato anno Christi 1194, a Martenio primum vulgato, nuper ab abbate Grandidier, in Hist. eccl. Strasburg., t. I, pag. 19, accuratius recuso. Ex chronico discimus collata fuisse hoc diplomate dona, a Childerico rege, monasterio Sancti Gregorii in Alsatia. Id quidem ex ipso fragmento erui nequit; sed nomen Embildis reginæ, quod ibi legitur, a Childerico II. emissum instrumentum docet; hoc enim nomine agnoscere est reginam Hinechildem, seu Chlonechildem, quæ tutelam Childerici II gerebat, ut supra, num. 1, diximus. Ex chronico eodem, annus emissi diplomatis arguitur 661, aut circiter; ergo Coitinus, Annal. t. III, pag. 596, infelicitè arbitratur conditum Sancti Gregorii monasterium circa annum 607. Perit autographum, quod suo tempore saluum existisse ait chronographus, apud Marten. Thes. anecd. t. III, col. 1435. Notandum præcipue ibi Rotharium dici *Strasburgensem* episcopum. Prima enim est hæc Argentinensis Ecclesie appellatio sub nomine *Strasburgi* <sup>b</sup>; de hoc videtur Hist. Eccl. Strasburg. t. I, pag. 20.

<sup>a</sup> In nostra recensione. Edit.

<sup>b</sup> Vide tamen Gregorium Turonensem, l. ix, c. 56.

4. Aliud exstat, n. X, omnino sanum ejusdem Childerici diploma, quo eidem monasterio conceduntur homines duarum villarum in Alsatia. Jam pluries editum, sed corrupte, recudit ex autographo Schœpflinus, Alsat. diplom. t. I, pag. 4, et æri incidendum curavit: Instrumentum, quo antiquius nullum Alsatia possidet, eodem Schœpflino teste. Monasterii hujus primarium nomen fuit *monasterium Confluentis*, ut hoc testatur instrumentum; et sic dictum, quod conditum fuit ad confluxum duorum rivulorum, ut docet Mabillonius, Annal. t. I, pag. 457. Quod autem sancto Gregorio dicatum fuit, Sancti Gregorii in Valle nomen sumpsit, vernacule *Munster en Gregoriental*.

5. Duo habemus Childerici II diplomata, pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi. Prius, n. V, a Martenio, ampliss. Collect. t. II, col. 9, ex chartulario Stabulensi depromptum fuit. Ibi Childericus II Germiniacum his monasteriis a Sigeberto rege concessum asserit. Expungenda insolita nota chronologica anno *Incararnationis* 640, ad calcem a neotericis addita, infelici computatione; neque enim, nisi post viginti abhinc annos Childericus II regnum auspicius est. Circa annum 664 datum fuisse conjunctum instrumentum, quod ibi Remaclus solo *abbatis* nomine appellatur, qui anno 662 episcopales infulas deposuerat, ut dicit Mabill. Annal. t. I, pag. 457. Fatemur tamen omissam videri posse vocem *episcopus*. Sic enim legitur: *Pater noster Remaclus et abba*. Scribendum forte fuit *episcopus et abba*, ut vulgo in aliis instrumentis vocatur Remaclus; et hæc lectionem tuetur vocula *et*, quæ hic otiosa manet, et prætermissam episcopi vocem indigitat.

6. Alterum Childerici II diploma, n. VII, ab eodem Martenio, ampliss. Collect. t. II, pag. 10, ex chartulario Stabulensi vulgatum, et sæpius recensum, confirmat monasteriis Stabulensi et Malmundariensi silvam quam eis Sigebertus II concesserat <sup>c</sup>, ad medietatem tamen reducta donatione. Hujus confirmatio data est sub nominibus Childerici simul et reginarum, Emnechildis, Sigeberti relicte, ac Blidchildis, uxoris Childerici; hæc ei nuperrime nupserat; emissum enim fuit instrumentum octavo regni regis anno. Id est anno Christi 667, quo vix quartum decimum annum expleverat Childericus. Hinc patet Remaclus, qui tunc dicitur Stabulensis et Malmundariensis abbas, vitam produxisse pluribus annis post annum 664, sub quo ipsius obitum ex conjectura collat Mabillonius, Acta SS. Bened. t. II, pag. 473, not.

7. Diploma n. IX, quo Childericus II immunitatem amplissimam concedit Dervensi monasterio, anno Christi 675 ascriptimus; datum enim dicitur anno regni III, quod de regno in Burgundia accipiendum est, siquidem in Burgundia situm est monasterium Dervense; regnum autem Burgundie adeptus est Childericus post mortem Clotarii III, qui obiit anno 670. Erutum fuit instrumentum ex chartario Dervensi, et ad fidem Camusatæ a nobis recusus est; sed postmodum, inspecto ipso chartulario, et diligenter cum editis collato, paucas quidem, nec magi momenti, lectionum discrepantias deprehendimus, quas inter uncas ascriptimus.

<sup>c</sup> Diploma Sigeberti vide supra, col. 321.